



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

225. Neque solam fidem, neque gratias gatis datas salvare.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. *Luc. 6. v. 45.*

IV. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mitteretur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. *Matth. 7. v. 19 & 20.*

## MEDITATIO CCXXV.

*Didagma XXXI. Neque solam fidem, neque gratias gratis datas salvare.*

I. **Q**uid vocatis me; Domine, Domine: & non facitis, quæ dico? *Luc. 6. v. 46.*  
Non omnis, qui dicit mihi; Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. *Matth. 7. vers. 21.*

II. Multi dicent mihi in illa die; Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? *Matth. 7. v. 22.*

III. Et tunc confitebor illis; Quia nunquam novi vos. Discedite à me, qui operamini iniquitatem. *Matth. 7. v. 23.*



## MEDITATIO CCXXVI.

*Didagma XXXII. Qui audit verbum,*

*& custodit illud, cui similis sit.*

I. **O**Mnis, qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendam vobis, cui similis sit. *Luc. 6. v. 47.*

II. Similis est homini ædificanti domum, *Luc. 6. v. 48.* viro sapienti, *Matth. 7. v. 24.* qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram. *Luc. 6. v. 48.* Et descendit pluvia, & venerunt flumina & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. *Matth. 7. v. 25.* Inundatione autem factâ, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam movere. *Luc. 6. v. 48.* fundata enim erat super petram. *Matth. 7. v. 25.* & *Luc. 6. v. 48.*

III. Qui autem audit, & non facit: similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento: *Luc. 6. v. 49.* viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam: *Matth. 7. v. 26.* in quam illisus est fluvius, *Luc. 6. v. 49.* & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, *Matth. 7. v. 27.* & continuo cecidit: & facta est ruina domus illius magna. *Luc. 6. v. 49.*

IV. Et